



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

3 De perfectione essentials beatitudinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

Abulen.
Caiet.

Sotus.
Canus.
Cordub.
Catharinus

Respons.

Dubium 2.

Beda.

Respons.

Quanto post
mortem tem-
pore Virgo
resurrexit.

Cur Virgo
ab Angelis
in caelum di-
centur as-
sumpta.

thor est libri de Assumptione, qui inter eius opera refertur, tom. 9. & serm. 34. de Sanctis, Abulenſis etiam Matth. 22. q. 23 o. solum dicit esse probabilior opinionem. Caietan. autem opusc. de Conceptione dicit esse piā sententiam, & ferē idem docet Sotus in 4. d. 43. Canus verō lib. 12. de locis, c. 11. addit esse petulantem temeritatē hoc negare, quem sequutus est Corduba, lib. 1. quaestionum Theologicarum. q. 17. Catharinus autem libr. 4. contra Caietanum, & in opus. de Conceptione contendit esse de fide. Sed reuera non est, quia neque est ab Ecclesia definita, nec est testimonium scripturae, aut sufficiens traditio, quae infallibilem faciat fidem. Est igitur iam nunc tam recepta haec sententia, ut à nullo pio, & catholico possit in dubium reuocari, aut sine temeritate negari, atque adeo videtur habere eum gradum certitudinis, quem habet alia veritas supra tractata de sanctificatione Virginis in vtero matris.

Ex ijs colligere licet, incertum esse quanto tempore post mortem Virgo resurrexit, in Caelumque assumpta fuit. Quidam enim asseruerunt resurrexisse, & assumptam esse quadraginta diebus post mortem suam, id est, 23. Septemb. Nam mors creditur accidisse die decima quinta Augusti, quando Ecclesia celebrat festum Assumptionis. Cui sententiae fauet Beda, qui in Martyrologio, nono Kalend. Octobris ponit secundam Assumptionem sanctae Mariae Virginis, & priorem posuerat decimo octauo Kalend. Septembr. Vnde necesse est hanc intelligi de Assumptione in sola anima: illam verō de Assumptione in anima, & corpore. Alij existimant eodem die mortem, resurrectionem, & Assumptionem accidisse, quia Ecclesia eodem die omnia celebrat. Quae tamen coniectura debilis est, ut assertionem parum verisimilem confirmet, aliquam verō probabilitatē habet ad praecedentem sententiam refellendam; Ecclesia enim duplicem illam festiuitatem non agnoscit.

Probabilior ergo coniectura est post triduum resurrexisse, hoc enim magis consentaneum est historicis dictis. Dicit enim Nicephorus Apostolos totum triduum ad monumentum Virginis perferuisse, hymnorum carmina audientes: post diem autem tertium aduenisse Thomam, & quod supra narratum est, accidisse; deinde quandam congruitatem habet, quod in hoc etiam B. Virgo fuerit filium imitata. Eodem autem die, quo resurrexit, in caelum assumpta est, quia nulla erat ratio, vel occasio alicuius dilationis, sicut in Christi Domini Ascensione fuit. Quo autem honore, & Angelico comitatu perducta in paradysum fuerit: tractant eleganter Sancti Patres supra citati, & pia potius consideratione quam scholastica discussio indiget. Praecipue videri possunt Athanas. serm. de sanctissima Deipara, & Sophronius epistol. de Assump. Virg. & Damasc. orat. 1. de dormit. Virginis in fine, & orat. 2. per totum, & D. Anselmus de excellentia Virginis, cap. 8. qui Patres pie credunt non solum omnes Angelorum, & Sanctorum choros, verum etiam ipsummet Christum Dominum in Virginis occursum venisse, & cum ingenti gloria, & gaudio secum eam in thronum deduxisse: quos Patres secutus est D. Anton. 1. parte. Hist. tit. 6. cap. 2. §. 1. & videri etiam potest Canisius, libro 5. de Deipara, cap. 3. & sequentibus. Illud denique in hoc mysterio aduertendum est, propter Assumptionis nomen, & propter vulgarem picturam, qua depingitur Virgo quasi Angelico ministerio, & virtute in caelum eleuata; videlicet non esse hoc ita intelligendum, ac si Beata Virgo illorum opera ad ascendendum indigeret, propria enim virtute, quae omnibus gloriosis corporibus communis est, ascendere poterat. Dicitur ergo assumpta ab Angelis, quia honoris causa eam comitabantur, & magis dicitur assumi, quam ascen-

dere, quia illa virtus simpliciter non erat connaturalis tali personae, sicut fuit Christo, ac propterea etiam (ut supra dicebam) magis proprie dicitur assumptio de corpore, quam de solo spiritu, qui spiritus non tantum gloriosa, sed etiam propria, & naturali virtute ascendere potest.

SECTIO III.

Ad quantam perfectionem essentialis beatitudinis fuerit Virgo assumpta.

Primum omnium certum est, Beatam Virginem superare in perfectione beatitudinis, omnium hominum, & Angelorum hierarchias. Haec est veritas fidei, quā Ecclesia consistit illis verbis. Exaltata est Virgo in perfectione beatitudinis omnium hominum & Angelorum. Et eam ut certissimam vniuersa Ecclesia amplectitur. Vnde Anselm. de excellentia Virginis, c. 4. Totā, inquit, Christianitas nouit, quā illam super omnes caelos exaltatam, & Angelicis choris praealtam certissime credit. Quod infra cap. 8. eleganter confirmat. Etea- dem est omnium antiquorum Patrum traditio, Angel. quos magna ex parte supra recti disputatio. 18 sectio. 4. de eximia Virginis sanctitate sermonem habens, ubi attuli Chrysost. Damascen. Ephrem, Andream Cretensem, Petrum Damianum, & alios. Ephrem. Pet. Dam. Quibus adiungi potest Iacobus, qui in liturgia, Virginem appellat gloriosam, quam Cherubim, & Seraphim. Et Athanas. de sanctissima Deipara, ubi eam inquit, vere esse Reginam & dominam omnium à dextris filij assistentem, & ubique regnantem. Et Bernardus sermone 1. & 2. de Assumptione. Quantum gratia in terris adepta est praeteris, tantum obtinuit in caelo gloria singularis. Et Guarricus sermone de assumptione, sic introducit Christum loquentem; Nullus mihi plus ministravit in humilitate mea, nulli abundantius administrare volo in gloria mea, nec satis glorificatus videor, donec tu glorificeris. Et Damascen. orat. 1. de dormitione Deiparae. Omnes, inquit, res creatas superat, omnibus dominatur operibus, super calos calorum extollitur incomparabiliter. Et Nazian. in inuocatione ad Virginem. Praestantiorum exercitiis caelestibus vocat. Rationes verō non sunt necessariae, quia ex ijs, quae de gratia, & merito B. Virginis diximus, sunt satis manifestae.

Reliquum est, ut ad explicandam hanc beatitudinis virginis perfectionem, quid in Verbo singulariter videat, doceamus. Dico autem singulariter, quia suppono videre ea omnia, quae communia sunt omnibus beatis, ut sunt mysteria fidei: & rerum naturalium genera, & species, & si quae sunt similia. Suppono etiam haec omnia videre maiori intentione, & claritate, quam vllum Angelorum, aut hominum; hoc enim necessario consequitur ex perfectione beatitudine, ut per se notum est. Solum ergo desiderari potest, ut explicemus perfectionem quasi extensiuam in ordine ad res creatas, seu effectus in Deo visos, ac denique ut visionem Beatae Mariae cum aliorum beatorum visionibus comparemus.

Secundo ergo probabiliter dicitur Beatam Virginem videre in Verbo quidquid omnes Angeli, & puri homines vident. Explicatur conclusio, con- tingit enim aliquem, qui est minus perfecte beatus, in Verbo aliquid videre in Verbo, quod non videatur à perfectiori beato, quia perfectio beatitudinis non sumitur ex ijs obiectis secundarijs, sed ex perfectione visione Dei. Et inter ipsa obiecta secundaria, quamuis vnum lateat perfectionem beatum, possunt alia ab ipso videri, ratione quorum non solum compenditur perfectio visionis, sed etiam superetur. Hoc igitur modo, quamuis Deipara beatitudinis perfectione omnes superet, posset aliquis videre in Verbo aliquid, quod ipsa non videat. Dicimus ergo, quam.

quamvis ex sola maiore perfectione intensiva beatitudinis non sequatur Beatam Virginem videre omnia, quæ omnes, ac singuli Beati vident, nihilominus verum esse Beatam Virginem etiam in hac perfectione extensiva superare omnes beatos. Quod ut probem, rursus aduerto, tripliciter posse in hoc genere vnum Beatum excedere alium. Primo, quia vnum, & idem supernaturale opus, seu mysterium perfectius cognoscit, quam alius, plures v.g. rationes, circumstantias, seu causas illius cognoscendo. Secundo, quia vnus cognoscit aliquas rerum species, quas non cognoscit alius. Tercio, quia cognoscit aliqua indiuidua. De primo, & secundo membro fere nulla est difficultas in præsentis conclusionem, quia de supernaturalibus mysterijs certum est omnia perfectius videri à Beata Virgine in Verbo, quam ab vilo beato. Hæc enim mysteria ad duo præcipue referuntur, Trinitatis, scilicet, & Incarnationis, omnes enim alij effectus supernaturales, & gratie, ad incarnationem aliquo modo ordinantur, vel ab illa manant. Mysterium autem Incarnationis magis ad Virginem pertinet, quam ad vllum alium beatorum, & ideo nullus esse potest infra ipsam, qui plura de hoc mysterio cognoscat, quam illa, præsertim cum coniunctio, quam Beata Virgo habet cum tali opere, & fructus gratiæ, ac meritum, quos per ipsum obtinuit, omnium aliorum beatorum statum, ac dignitatem excedat. Mysterium vero Trinitatis, cum nihil aliud sit, quam Deus ipse, eod ab vnoquoque beato perfectius videtur, quo in essentiali perfectione beatitudinis magis reliquos superat, quia essentialis perfectio beatitudinis penes hoc potissimum obiectum attendenda est. In quo non sunt aliæ rationes præter essentielles, & notiones, quas omnes vniuersi beati necessario vident, quamvis vnus maiori claritate, & intensione, quam alius, in quo B. Virgo omnes antecedit, ut in principio huius sectionis dictum est. Rursus (quod ad species rerum pertinet) vident omnes beati vniuersas, quæ vel in aliqua temporis differentia futura sunt, vel in virtute causarum naturalium continentur. De speciebus vero absolute possibilibus incertum est, an aliquis beatus aliquid in hoc genere videat. Si tamen nonnulli vident aliquas, solum est, quatenus ex perfectione visionis necessario consequitur: quidquid autem est perfectionis in visione beatificationis beatorum, visioni B. Virginis deesse non potest: quia & dignitas eius, & merita, & gratia, pene in infinitum dignitatem, gratiam, ac merita reliquorum beatorum excedunt, ergo si quæ species possibiles à Beatis videntur in verbo, omnes illas videt B. Virgo & tum has, tum cæteras omnes perfectius videt, ac comprehendit, quam cæteri.

In tertio autem membro, id est, in indiuiduorum cognitione, solet esse maior differentia inter beatos. Fieri enim potest, ut inferiores beati plura ex ijs videant, quia ad eorum statum pertinent. Sed de his etiam rebus vera est doctrina tradita, B. scilicet Virginem videre omnia singularia, & indiuidua, quæ omnes, ac singuli beati vident. Nam (ut suppono ex i. par. q. 12.) videtur vnusquisque beatus in Verbo à principio beatitudinis omnes effectus singulares ad suum statum pertinentes, mensurando statum illum non per momenta, & successiones nostri temporis: sed per instantia æternitatis, in qua ipsi, ut beati sunt, viuunt: sed omnia, quæ ad statum omnium, & singulorum beatorum pertinent, altiori quadam ratione spectant ad Virginis statum, ergo videt ipsa quidquid singuli vident. Explicatur minor, quia omnes isti effectus, vel res singulares, quæ dicuntur ad statum beatorum pertinere, pertinent aliquo modo ad effectus gratiæ, & ad salutem prædestinatorum ordinantur. Nam qui huiusmodi non sunt, nec de illis beati solliciti sunt, nec per se pertinent ad beatificationem eorum perfectionem: sed B. Virgo singulari

A modo cooperata est Christo ad omnium hominum ac prædestinatorum salutem, ut superius disput. 18. sect. 4. ex Patrum sententiis ostendimus. Et nunc sufficiunt verba Andrea Cret. serm. de dormit. Virginis. *Sola præter naturam fuit electa ad naturam renouandam, sola deseruit opifici vniuersæ naturæ.* Et confirmatur, nam B. Virgo propter hanc cooperationem, & propter matris dignitatem vocatur à Patribus Mater viuentium, domina rerum, regina beatorum, ut videtur in August. sermonibus de natiuit. & ser. 35. de Sanctis, Athan. de sanct. Deipara, Damasc. lib. 4. cap. 15. Anselm. lib. de excellentia Virginis, cap. 9. ergo ad statum eius pertinent omnia, quæ ad singulos subditos, seruos, ac spirituales eius filios specialiter pertinent. Denique ut exemplis rem explicemus, B quidquid sanctus Bernardus in sua religione operatus est, adiutricem habuit B. Virginem, & hoc idem de B. Dominico, ac singulis alijs merito affirmare possumus: comparatur ergo ad omnes B. Virgo tanquam vniuersalis causa, ad quam referuntur omnia, quæ ad singulos pertinent. Complectitur ergo eminenti dignitate, & statu suo omnia, quæ ad inferiores status singulorum pertinent: ergo in omni rerum genere videt in Verbo, quidquid omnes, ac singuli beati vident.

Tercio, ex his piè, & probabiliter colligo, videre Beatam Virginem in Verbo, quidquid Deus videt scientia visionis, ijs solum exceptis, quæ singulariter ad Christum, & ad interiores animæ eius cogitationes pertinent. De hac exceptione nullus (ut opinor) dubitabit. Quia cum Beata Virgo longe sit Christo inferior tam dignitate, quam beatitudine, non deest ut sine manifestatione, & consensu eius omnes illius cogitationes, & interiores actus intueri possit. Nec enim pertinet ad statum inferioris, ut omnes cogitationes superioris videat, neque vllum est probabile fundamentum ad hoc asserendum, præsertim cum B. Virgo non omnino comprehendat in Verbo excellentiam gratiæ, & gloriæ Christi Domini. Hac igitur relicta exceptione, de reliquis probatur conclusio. Primo ex ijs quæ Patres docent de excellentia gloriæ, ac beatitudinis Deiparæ, Bernard. enim in serm. signum magnum. tractans illa Apocalyp. 12. Et mulier amicta sole, & per illam Virginem intelligens cum Augustino, libro quarto de Symbolo ad Cate-

D chumenos, cap. 1. Iure, inquit, sole perhibetur amicta, quæ profundissimum Diuina sapientie, ultra quam dici potest, penetravit abyssum, ut quantum creature conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur vnita. Quæ verba, ne nimium probare videantur, non de absoluta capacitate obedientialiter intelligenda sunt: sed secundum legem ordinatam, & iuxta congruentem, ac decentem rationem, considerata conditio- ne personæ ac dignitatē, cum qua aptissime quadrat hæc perfectio visionis, de qua loquimur. Vnde Germanus serm. de Assumptione. *Spiritus tuus o Maria, viuit in æternum, omnia obseruas, omnia intue- ris, & inspectio tua ad omnes se porrigit.* Et plures statim referam. Secundo ita hoc confirmo, quia verisimile est, totam multitudinem beatorum inferiorum Virgine videre omnia, quæ habitura sunt esse in aliqua differentia temporis, his exceptis, quæ ad personas Christi, & Virginis spectant. Non quod singuli omnia videant, sed quod, dum hi quædam vident, alij alia, tota beatorum collectio totam rerum collectionem exhauriat, quia re vera omnia sunt propter electos, ita ut peccatorum, & reprobatorum permissio ad bonum prædestinatorum ordinetur. Cum ergo vnusquisque videat, quæ ad se spectant, & omnia sint propter illos, omnes videbunt omnia. Sed Beata Virgo videt omnia, quæ omnes, & singuli vident (ut probatum est) & præterea videt omnia, quæ sibi sunt propria, ergo. Tercio, ratio in præcedenti assertione facta, ad hanc potest accommodari, quia omnia supernaturalia, quodam-

And. Cret.

August.

Athan.

Damasc.

Anselm.

videt Virgo

serm. cum B. Virgo

non omnino

comprehendat

in Verbo

excellentiam

gratiæ, & gloriæ

Christi Domini.

Hac igitur

relicta exceptione,

de reliquis probatur

con-

clusio.

Primo ex ijs quæ

Patres docent de

excellencia

gloriæ, ac beatitudinis

Deiparæ, Bernard.

enim in serm.

signum magnum.

tractans illa

Apocalyp. 12.

Et mulier

amicta sole,

& per illam

Virginem intelligens

cum Augustino,

libro quarto de

Symbolo ad Cate-

chumenos, cap. 1.

Iure, inquit,

sole perhibetur

amicta, quæ

profundissimum

Diuina sapientie,

ultra quam dici

potest, penetravit

abyssum, ut

quantum creature

conditio

patitur, luci

illi inaccessibili

videatur vnita.

Quæ verba,

ne nimium probare

videantur, non

de absoluta

capacitate

obedientialiter

intelligenda

sunt: sed

secundum legem

ordinatam, &

iuxta congruentem,

ac decentem

rationem, &

considerata

conditio-

ne personæ

ac dignitatē,

cum qua aptissime

quadrat

hæc perfectio

visionis, de

qua loquimur.

Vnde

Germanus serm.

de Assumptione.

Spiritus tuus o

Maria, viuit in

æternum, omnia

obseruas, omnia

intue- ris, &

inspectio tua

ad omnes se

porrigit.

Et plures

statim referam.

Secundo ita hoc

confirmo, quia

verisimile est,

totam multitudinem

beatorum inferiorum

Virgine videre

omnia, quæ

habitura sunt

esse in aliqua

differentia

temporis, his

exceptis, quæ

ad personas

Christi, &

Virginis

spectant.

Non quod

singuli omnia

videant, sed

quod, dum

hi quædam

vident, alij

alia, tota

beatorum

collectio

totam

rerum

collectionem

exhauriat,

quia re vera

omnia

sunt propter

electos, ita

ut peccatorum,

& repro-

batorum

permissio

ad bonum

prædestinatorum

ordinetur.

Cum ergo

vnusquisque

videat, quæ

ad se

spectant, &

omnia sint

propter illos,

omnes videbunt

omnia. Sed

Beata Virgo

videt omnia,

quæ omnes,

& singuli

vident (ut

probatum est)

& præterea

videt omnia,

quæ sibi sunt

propria, ergo.

Tercio, ratio

in præcedenti

assertione

facta, ad

hanc potest

accommodari,

quia omnia

supernaturalia,

quodam-

dammodo per Virginem, & propter Virginem facta sunt, ut sancti loquuntur. Quia per illam facta est incarnatio, per quam, seu propter quam facta sunt cetera omnia bona: mala enim sunt horum defectus, quæ sicut priuationes per habitus cognoscuntur: est ergo Beata Virgo sub Christo veluti vniuersalis causa illi coniunctissima, ergo ad illius statum pertinet totum vniuersum: & statum beatorum omnium, ac damnatorum in Verbo comprehendere. Quæ tota perfectio maximam congruentiam habet cum dignitate matris Dei, Domine, ac reginæ rerum omnium, nihilque est quod illi obstatere possit; ergo.

Obiectio.

Responsio.

Dices. Videmur æquare matrem filio in perfectione gloriæ, atque essentialis beatitudinis. Respondetur minime id sequi, primum, quia simpliciter non videtur anima Virginis omnia, quæ cadunt sub scientiam visionis, sicut videtur anima Christi. Deinde licet videret omnia: nihilominus perfectiori lumine, & claritate videt Deum, & ex rebus possibilibus multo fortasse plura intuetur.

Perfectio Virginis beatitudinis quanta.

Ildephon.

Bonauent.

Quarto addo, probabiliter credi posse superare Virginem imperfectione visionis beatæ non solum singulos sanctos Angelos, vel puros homines, sed etiam vniuersas omnium perfectiones in vnum collectas. Sensus huius assertionis, eiusque fundamentum ex supra dictis de gratia, & meritis Beatæ Virginis petenda sunt. Nam (ut Ildephonfus loquitur sermo. 2. de Assumptione) sicut est incomparabile quod gessit, & inestimabile quod accepit, ita est incomprehensibile premium gloriæ, quod promeruit. Quæ verba cum alijs multis sanctorum Patrum testimonijs retuli supra disputat. 18. sectio. 4. quæ hoc loco repetere molestum, & superuacaneum esset. Addi verò potest, quod Bonauent. libr. de laudibus Virginis, ex Patrum sententijs dicit, De gloriis magis in sola Virgine, quam in cæteris Dei operibus (Christum semper excipio) enitere. Quod verum non esset, nisi omnium bona, & perfectiones gloriæ in Virgine essent congregatæ. Vnde concludit, gloriosum gloria Maria privilegium est, quod post Deum maior nostra gloria, & maius nostrum gaudium ex Maria est. Cetera quæ hic desiderari possunt, in prædicto loco videantur.

SECTIO IIII.

Utrum habeat omnes perfectiones gloriæ accidentales, corporis, & animæ.

EXijs, quæ de essentiali gloria Virginis dicta sunt, facile intelligi potest, quid de accidentali eius gloria sit sentiendum. Hæc enim gloriam essentialem consequitur, illique proportionatur, ac commensuratur. Primum igitur (quod ad animam pertinet,) quædam sunt perfectiones gloriæ accidentales omnibus beatis communes, quamuis non sint æquales in omnibus, ut sunt variæ reuelationes, quæ sunt extra Verbum gaudia, impetrationes aliorum effectuum, & si quæ alia sunt huiusmodi. De quibus nullum est dubium quin B. Virgo perfectius, & cumulatius abundet huiusmodi præmijs accidentalibus, quam omnes alij beati, ut per se constat ex hæcenus dictis. Aliæ verò sunt perfectiones singulariter, & propriè pertinentes ad quasdam personas, seu munera, & statum earum. In quo ordine poni possunt aureolæ, quæ tribus statibus hominum attribui censentur, scilicet, Virginitatibus, Doctoribus, & martyribus. Et de aureola quidem virginitatis constat, tanto esse excellentiorem in Virgine: quanto ipsa perfectius cæteris virginitatem coluit: quod enim absque pugna carnis, perfectissimam castitatem seruauerit, nec illius meritum, nec coronam dimiuit, ut doctè, ac piè, & copiose ad hoc propo-

A fitum disseruit Supplem. Gab. 4. d. 49. q. 4. art. 3. dub. 2. Rursus existimo non caruisse propria aureola Doctoris, quia (ut supra ex sanctis Patribus ostendimus) singulari, & excellentiori modo fuit fidei magistra, & Doctorum doctrix. Neque enim ad hanc aureolam promerendum necesse est publicè docere, aut pro concione prædicare: sed satis est, veritatem fidei in alios diffundere, ut D. Thom. docet in 4. d. 49. q. 5. ar. 5.

Dubitatio nonnulla est de aureola martyrij, quia Beata Virgo violentam mortem passa non est, ut supra diximus, non ergo fuit vere martyr: ergo neque habet aureolam martyrij. Neque enim satis est, quod in morte filij valde de illius passionibus doluerit: alioqui qui meditando Christi passionem vehementer dolent, hanc aureolam consequerentur, quod est aperte falsum. Et hanc sententiam tenet Abulen. Matth. 13. q. 20. & Sotus in quarto d. 49. q. 5. articulo. 2. Alijs simpliciter videtur Beatam Virginem vere, ac propriè habere aureolam martyrij. Ita docuit Supplem. Gab. supra, & Viguerius in institutionib. Theolog. capit. 14. §. 3. verba. & potest fundari, quia sancti absolute eam vocant martyrem & plusquam martyrem, ut colligitur ex Bernardo. in sermon. signum magnum Hieron. sermo. de Assump. Ildephonf. sermo. 2. de Assump. Anselm. libr. de excelle. Virg. ca. 5. qui hoc epithetum præcipue Mariæ attribuit propter dolorem, quem in filij morte passa est. De quo Simeon dixit: Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Qui (inquit Anselmus) maior fuit omnibus doloribus. Quid enim crudelis atis insitum est corporibus martyrum leue fuit aut potius nihil comparatione tuæ passionis. Quia nimirum sua immensitate transfixis cuncta penetralia tua tuique benignissimi cordis intima. Et trique pia domina non crediderim te potuisse villo pacto stimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres, sustinere, nisi ipse spiritus vita dulcissimi filij tui, pro quo moriente conquirebaris, & tantopere torquebaris, te confortaret. Ex quibus verbis potest hæc sententia in hunc modum explicari. Christus Dominus vere, ac propriè martyr fuit. Nam propter veritatem morum, & doctrinæ violenter interfectus est, ut docet D. Thomas loco citat. ex 4. sententiarum, B. autem Virgo, tum propter summam cum Christo coniunctionem, tum, quia simul cum filio constanter perseuerabat in suæ fidei, & amoris testimonio, simul cum ipso patiebatur. Et (ut inquit Lauren. Iust. libr. de triumphali Christi agone, capit. 21.) cor eius clarissimum passionis Christi speculum, & perfecta mortis imago effectum erat. Ergo simul cum Christo martyr effecta est. Nam licet Christi interfectores directè non intenderent illam propter Christum affligere, tamen re ipsa persequendo Christum, ipsam persequebantur, & occidendo Christum quantum in ipsis erat, eam interficiebat. Qui modus passionis, & persequutionis sufficiens est ad martyrium, ut in Innocentibus constat, qui verè fuerunt martyres, quamuis persequutores non intenderent occidere eos propter Christum, sed solum interficere Christum, ergo ex hac parte sufficienter B. Virgo passa est propter fidem, & propter Christum. Aliunde vero sustinuit dolorem sufficientem ad inferendam mortem corporis, nisi peculiari Dei auxilio fuisset suffulta, ergo potest dici martyr, vel (ut Ephre. eam vocat orat. ad Virginem) martyrum honor ac decus: ergo hoc satis est ad aureolam martyrij comparandam.

Hæc controuersia parui momenti esse videtur, nam in gloria essentiali constat habere Virginem, quicquid respondere potest perfectissimo martyrio: tum propter discursum factum: tum, quia animo, & voluntate paratissima fuit ad mortem pro Christo sustinendam. Quod verò pertinet ad accidentalem ornatum, seu decorem, qui aureola dicitur, etiam videtur certum aliquid peculiare habere de Virgo habere. B. Virginem in hoc genere, quod est veluti insignis beatæ quod-

Aureola dicitur in calce Virgo fuit.

D. Thom.

Dubium.

Abulen. Sotus.

Viguer.

Bernard. Hieron. Ildephon. Anselm.

Ephre.

Aureolam martyrij in calce, quomodo dicitur de Virgo habere.

quod-